Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc. Jus Civile Controversum Ubi ...

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLVI. TIT. VIII. Ratam Rem Haberi Et De Ratihabitione.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Visual Library

Exc. Si ſaltem pro certa quantitate cautionem interpoſuerit, ut fieri ſolet, ſi ſaltem de judicio ſiſti cavet, *Brunn. ad L. 1. Qui Satisd. cog.* tunc enim ultra ſummam ſtipulatam fidejuſſor non tenetur.

QV. II. *Quis ejus hodie ſtipulationis, judicatum ſolvi, ſit uſus?*

Laut.pag. 648. verb. *de uſu hodierno.*

RESP. Hodie *reus*, procuratorem conſtituens, ad cavendum cogi non ſolet, inprimis Jure Saxonico, quod tamen maximopere improbant quidam Saxoniæ Doctores.

Exc. Si Judici juſta cauſa videatur, uti ſi reus bona non habeat ſub illo judicio ſita, vel ſi diſſipet bona, aut de fuga ſuſpectus ſit. *Struv. Ex. 5. th. 32. Mev. p. 1. dec. 77. Carpz. P. 1. C. 5. def. 3.* At *defenſor* hodieque cavet, nec ante admittitur, *l. 46. §. 2. L. 53. ff. h.* etiamſi ſit locuples, *Brunn. ad L. 5. n. 6. Idem in qu. ad parat. Weſ. tit. de Procur. qu. 98.*

LIB. XLVI. TIT. VIII.

RATAM REM HABERI ET DE RATIHABITIONE.

QV. I. *An cautio haec etiam praeſtetur in judicio perſonali?*

Laut.pag. 648. verb. *Non etiam.*

NEGAT *Lauterbach. h. t.* Rationem ejus rei vidimus ſupr. *L. 3. tit. 3. qu. 17.*

QV. II. *An verus quoque procurator de rato caveat?*

Laut.pag. 648. verb. *dubitatur.*

NEGATUR, Vid. *ſupr. L. 3. tit. 3. qu. 3.*

QV. III. *An procurator, cavens de rato, admittatur in iis, quae alias ſpeciale mandatum requirunt?*

Vid. *ſupr. L. 3. tit. 3. qu. 4.*

QV. IV. *An Dominus geſta a falſo procuratore poſt ſententiam ratihabere poſſit?*

Vid. *ſupr. L. 3. tit. 3. qu. 5.*

LIB. XLVII. TIT. I.

DE PRIVATIS DELICTIS.

QV. I. *An delictum etiam culpa vel caſu committatur?*

RESP.